tur, dicerentur contrariæ opiniones illæ, quæ ſunt περὶ τὰ ἀντικείμενα. vt cùm dico, bonū eſt bonum:& malum eſt malum. Atqui hæc ſimul vera ſunt,& ab eodē verè enuntiantur. Contraria veró nunquam in eodem ſimul eſſe poſſunt. Quare eiuſmodi opiniones non ſunt cōtrariæ.

Latiſſimè omnium patet ἀντιφατικὴ ἀντίθεσις.

Ex quibus intelligitur quàm latè pateat ἀντιφατικὴ ἀντίθεσις: quæ quidē oppoſitio ἀντιφατική, quanuis ſubiecto aliquo coërceatur, & ſit ὡς ἐναντίωσις habita ratione mentis cum ſenſu τὰ δοξαστὰ apprehendētis: nihilominus verum & falſum in enuntiatis ex omnibus oppoſitionibus, plurimùm differre facit. Neq; enim magis differre poſſunt verum & falſum, quàm cùm opponuntur ἀντιφατικῶς.

Epilogus licere.

Hæc περὶ τοῦ ἀποφαντικοῦ λόγου, καὶ περὶ τῶν παθῶν eiuſdem, nempe de vero & falſo: quæ ſunt primò πάθη enuntiatorū. Quæ quidē πάθη, cū adhibito illo axiomate, (κατὰ παντὸς φῆσαι ἢ ἀποφῆσαι, ἀληθές) demonſtrata ſint nobis: nihil prætermiſſum videtur, quod ad accuratam & conſummatam enuntiandi doctrinam pertineat.

Gratias tibi Domine Ieſu.

Errata ſic corrigito.

Pag.6.lin.12.primò,lege,per ſe.6.15.ὁμοιώματα,leg.σημεῖα.7.24.ὁμοιώματα,lege, ſymbola 18.6.συνδέσμῳ.19.7 dele,dico.19.23. poſt(aſſerat)adde:Itemq; id quod eſt eſſe,& id quod nō eſt, non eſſe.26.23.le.corporeæ.63.1.dele, non.